omni iure dominio, et proprietate, omnibus eorumque bonorum usufructibus
ad eadem bona quomodo ex antiquo provenientibus, nullis penitus exceptis,
sed ita prout solus a praenominato Georgio Kormanizki tenuit, habu-
it et possidebat. Eidem praenominato Generoso Georgio Kormanizki
et eius successoribus, pro certa summa pecuniaria, ita ab ipso levata
et manualiter percepta, de qua eundem praesentibus quietat, et liber
facit. Hinc ad festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime
venturo, arendavit, inscribsit, et in arendam locavit, Quae
bona praefata superius specificata praedictus Georgius Kor-
manizki tenebit, habebit, possidebit, illisque utifruetur, vigo-
re praefatae arendae, et nullo alio iure, cum omni iure dominio et
proprietate, omnibusque usufructibus ad eadem bona quomodo pro-
venientibus, ita prout solus praefatus Lucas Andrijch tenuit et pos-
sidebat nil excipiens, a receptione possessionis ad tempus certum su-
perius nominatum, hoc ad festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli pro-
ximum. Et ita exinde praedictus recognoscens, dedit et dat, in prae-
fata bona arendata praedicto Georgio Kormanizki et successori-
bus, realem intrem et pacifica possessionem per millem trestrem,
quemque, Inscribitque se praenominatus recognoscens in successoribus,
de bonis suis quibusvis Inscriptionem praesentem, ex his actis Castren.
ad acta Terrestria Premisliensia, an de mensa unius anni transferre
et transportare, sub vadio Triginta florenorum pecuniae nostrae, non po-
lonicalis ad solvendum sumbem, Pro quo quidem vadio, nomine praemissorum
sumbitte praenominatus recognoscens in successoribus, exeuntibus ad instantiam
praenominati Georgii Kormanizki vel eius successoribus, Extunc
omisso suo quomodo proprio et competente foro, Coram praesenti Castren.
Premisliensi officio, semper in primo actionis termino, tanquam perempto

stare, parere, rendere, inscriptioni praefatae, ac pro praefato va-
dio satisfacere, totus quotiens opus fuerit, tenebitur, et tenebuntur
Abrenuntiantes se omnibus Exceptionibus, Evasionibus, praescriptionibus,
fatalijs iuris, Conversijs, et allegationibus, dilationibus quatenus uni-
versis. Insuper Motionibus appellationibus earumque universis
prosequutionibus vadem, sine et suorum successorum sub amissione tamen
causae, Et hic idem coram officio praesenti, et Actis praesentibus perso-
naliter stans, Generosus Georgius Kormanizki foroque quomodo
proprio, et Iurisdictione competente omisso, Hinc vero Iurisdictioni praesenti
Castren. Premisliensi se successores, cum bonis suis omnibus subijciens, meum
et corpus sanus exeuntibus publice pala recognovit, Se bona superspe-
cificata apud praenominatum Lucam Andrijch, Hinc ad diem festi Con-
versionis Sancti Pauli Apostoli proxime venturum arendasse, quae
bona non alio iure, tantummodo arendae praedictae tenebit et possidebit
usque ad expirationem praefatae arendae. Post cuius expira-
tionem, praefatus Lucas Andrijch potens erit, et valebit in
bona praefata tanquam in sua propria inequitare, quod praedictus
Kormanizki eidem impugnare non debet, imo libere admittere te-
nebitur. Sub vadio in originali inscriptione contentum, per ipsum
et eius successores ad solvendum totus quotiens necesse fuerit suc-
cumbere. Quod mecum firmatum est.

Actum in Castro Premisliensi

Feria quarta ante Festum Sancti Bartolomei Apostoli
proxima, Anno domini, Millesimo Quingentesimo Oc-
tuagesimo secundo, Coram Generosis Alberto Lutoslaw-
ski, Gladiffero terrae vicecapitaneo Causarumque officij
Iudicae, Dobrogostio Zapolski Notario Castren. Prae-
misliensi officio et Actis, 23/VIII.

Ex Copia

Buchowski donat Fredrowa,

Comparens personaliter coram officio, et Actis praesentibus, Castren.
Premisliensi, Generosus Christophorus Buchowski, filius olim Generosi
Raphaelis Buchowski, a palatinatibus terris dictis, Iuribusque
suis quibusvis proprijs, ac foro competente recedens. Hinc vero

488

Vetem Intcisam int se tenebt